



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 44. Sinzendorffius Cardinalis a Borusso Rege in Vicarium Generalem
nominatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

porum vicissitudine, & Ecclesiæ univer- Sæc. XVIII.
 falis necessitate tam solide vindicabat, A. C. 1742.
 ut Reginæ plene satisfactum esset. Pau-
 lopolst Eadem a summo Pontifice deci-
 mam partem ex bonis Ecclesiasticis a
 suarum ditionum Clero exigendi facul-
 tatem petiit, quod & Pontifex libenti
 animo concessit, atque in Apostolicis
 suis literis desuper datis ita prolocutus
 est: *In concedendis hisce suppetiis eo mi-
 nus cundandum aut tergiversandum esse
 existimamus, quo acerbiore dolore animum
 nostrum percellit calamitosa conditio dile-
 tissimæ Filiae nostræ Hungarice Reginæ:
 Nil plane ardentius desideramus, quam ut
 brevi mutata fortuna Ejus rebus secun-
 dior adspiret aura.*

§. XLIV.

*Sinzendorffius Cardinalis a Borusso-
 rum Rege in Vicarium Genera-
 lem nominatus.*

Haud diurna, nec molesta erat Sin-
 zendorffii captivitas; quippe ipse
 met Fridericus Borussiæ Rex die deci-
 ma octava Aprilis misso ad eum Comite
 de Podewils Administro Regio, eidem
 nuntiari jussit, ut plenæ libertati redditus,
 durante bello, e Silesia emigraret,
 ac interim Viennæ subsisteret. Accep-
 to hoc Nuntio Cardinalis Vratislaviam

L 1 5 con-

Sæc. XVIII. contendit, grates repensurus Regi, a
A. C. 1742 quo etiam perhonorifice exceptus cum
ipso Rege prandium sumpsit: postmo-
dum vero rupta omni mora Viennam
contendit, ubi etiam die tertia Maii
prospero itinere advenit, atque usque
anni prioris finem substituit. Dum vero
Maria Theresia in Hungariæ Regnum
inaugurata fuerat, Sinzendorffius hu-
solemnitati interesse noluit, ne ob se-
dis prærogativam cum aliis Præfatis
atque Imperii Principibus collideret.
Postquam vero die septima Novembris
Rex a Silesiis Ordinibus fidei homagium
excepérat, ipse etiam per suos Deuteli-
tos Regi idem obsequium præstebat, &
de ejus gratia tutus, die quinta Januarii
Vratislaviam, & inde Berolinum ad
Regem profectus est. Excipiebatur nu-
modo singulari benevolentia, sed & an-
nium suorum Episcopalium proventuum
usui restitutus est. Insuper Rex ad omnes
Silesiæ Curias mandatum dedit, ut hinc
Cardinali omnes honorum titulos &
prærogativas, quibus sub Austriacum
regimine potiebatur, pariter deferretur.
Nec hic stetit Regis favor erga Sinzen-
dorffium Cardinalem, quem præterea
quod sane mireris, Vicarium Genera-
lem cum jurisdictione in omnes Rote-
no-Catholicos per universas Benige-
regiones Mense Mayo nominavit, simile

que publico proclamate omnibus Catho- Sæc. XVIII.
licis præcepit, ut imposterum mandata, A. C. 1742.
decreta, dispensationes &c. a præfato
Cardinale reciperent, & omnes lites ac
controversias fors inter se orituras, ab
eodem decidi peterent, quin eas ad
Papam quocunque in casu devolverent.
Ipse vero Cardinalis de Regia hac bene-
volentia summum Pontificem die deci-
ma nona Maji datis ad eum literis cer-
tiorem reddidit.

§. XLV.

*Idem Cardinalis a Papa Romam ci-
tatus.*

Ea res Romæ magnorum motuum
caussa erat, ac ipsemet Pontifex
haud temere verebatur, ne exempli il-
lecebra alios etiam Catholicos Pri-
pes ad idem facinus induceret, sentim-
que Pontificiæ auctoritati grave nullo-
que remedio sanandum vulnus inflige-
retur: quocirca præprimis Cardinalium
Congregationem habuit, in qua serio
hac super re deliberaretur: postea apud
Carolum Albertum Imperatorem suas
querelas, malaque inde merito perti-
mescenda gravibus oppido verbis expo-
suit, eumque rogavit, ut tanquam sa-
cræ Sedis Advocatus suam auctorita-
tem eo impendere velit, ut Sinzen-
dorf-